Msc. Dresd.
G 211

SLUB
Wir führen Wissen.

Datum

Datu

SLUB
Wir führen Wissen.

Relatio
De
Nobile quodam Gedani decollato propter homicidium ANNO. MDCLXXV. Mense Aprili.
Ex Epistola Generosi Dni: N. N. ex Prussia ad Gener: D. N. N. in Poloniam prope Cracov:

Z listu W. Mośći M. M. Pana y Brata widzę, że przez niektorych Braci moich Pruskych gorącem affectem do W. Mść: Pana relatus est tristis casus et poena gladii J. Mść: Pana, Jana Poblockiego Szlachcica Pruskiego, dla mężoboystwa w Gdansku ściętego.

Fateor że ta infelicitas et secuta incarceratio Nobilis Jana Wiszeckiego y Nob: Jana Poblockiego pospolu, tak irritowała y turbowała. Ich M. Mść: Panow Sędziow Kapturowych w Skarszewie, przez Instigatią Pokrewnych, y wiele innych, że od Jego Mśći Pana Woiewody Pomorskiego literas Expostulatorias ad Magistratum Gedanensem otrzymali, non quidem contra forum, sed ut mitius judicentur, et unus tantum; nie ambo Nobiles za jednego zabitego, na gardło sądzeni

byli a Judicio civili. Sic judicatio est suscepta, quia in pago urbis et Via publica caedes et incarceratio est peracta. Ale to effecit intercessio Choć ambo Nobiles hominem inermem fugientem okrutnie raniti, że jeden tylko P. Poblocki gladio punitus, alter ad Carcerem in Curia (non in fundo turris, uti male spargitur) condemnatus est. Widzę z listu W. Mości M. M. Pana y Brata, y drugich, że niektorzy na Seymikach w Polscie, y tu, laborant suscitare totum Ordinem Equestre ad puniendos severissime Gedanenses, et compescendas urbes Prussiae, żeby nie ważyli się napotym Nobiles propter delicta capere et judicare, praecipue na gardło, tym praetextem. 1. Że indignum Ordini Equestri ab Inferioribus Civibus scilicet judicari. 2. Że urbes Prussiae audeat ob homicidia voluntaria ad poenam mortis condemnare Nobiles juxta Jus Culmense, contra Jura Poloniae, ktore tylko mulctam Pecuniae ob necem plebeji, et mulctam majorem cum Carcere Nobili, ob necem Nobilis imponit. Hanc enim publicam legem Poloniae in Prussiae urbibus etiam servan=

dam esse, ferventer cupiunt. Poniewaſz W. Mśc. M. M. P.
zdanie moye żądaſz circa Jus et Facti circumstantias, trud=
nomi contra immunitates Stanu naſzego Szlacheckiego co myś=
lić y mowić, albo de juribus et moribus Urbis Gedanen=
sis y drugich Miast sądzić. Attamen otrzymałem od jedne=
go Confidenta mego z Gdańska rectum statum causæ actis
publicis conformem, y respons na objectiones meas. Posyłam
tedy com otrzymał W. Mśc. M. M. Panu do wyſzokiego roz=
sądku, y proſzę zdanie moye na kilka puncta unyżenie pro=
ſząc, aby pari candore Wᶜ. Mśc. mię aperiat swoye zdanie,
y Inſzych P. P. w Polscie in hac controversia tak gorące od
Niektorych suscitata, przeciwko Gdańscianom, że juſz swa=
wolni w drogach, diffidationes y offensiones poczynają, et per
importunas minas Naſzych, de cessatione Privilegiorum et juri=
um Miast Pruſkych na Seymie, mogłoby mało nie pospolstwo
ad desperata, y nam noxia remedia seduci, per malignos etc.
Przyznam się, że Szlachta swawolna, często y nasbyt insolenter,
Cives jako Chłopow nagania, pobiie, łupi y rani w drogach.

Contra kilka offensiwdrodze szlachtę nie uważa, y vilior plebs, imprimis zbiegli Chłopi naszi, ex innata protervia pas pogardzaw y pogrozać, imo metuendum, ne ab illis Nobiles per tumultum mox accidantur ob levia delicta, jezely in delictis et Contractibus niechcą, (jako attentant) judicio se praesentare. Byłoto mnie y inszym kilka razi salubre refugium w Thorniu, contra plebem, żem dobrowoł nie do sądu chodzył. Certe ingenui cives milują y szanują, honestissime Virtuosus Nobiles, okrutnych nie ciersią, y Magistratus nie mogą Cives offensos hamovac, sicuti nec Castellani Commotos ad ad iram Nobiles.

Seqvitur com otrzymał od Confidenta. Casus homicidii.
In vigilia Festi Paschatis, Nobilis Johann Wiszecky cum Nobili Johanne Poblocki ex urbe Gedan: eqvitans in via publica pagi Gedanensis plebejum qvendam ambulantem et cum parva securi, qvasi ludendo lapides percutientem acerbe objurgavit. Qvid agis tu Spurie, et mox eundem aliqvid retorqventem scutica verberavit, atq ex eqvo descendens, nudata framea

fugientem persequendo percussit, et crinibus retraxit, ne se in ædes occultaret. Sic cum ipso iterum fugiente luctans, reluctantem in brachio vulneravit, tunc Nobilis Poblocki ex equo descendens et accurrens plebejo vulnus lethale in occiput adeo impetuose inflixit, ut in terram cadens mox moreretur. Tunc ambo Nobiles in recenti facto capti et postea Gedani accusati, legitime auditi, per quinq₃ testes juratos concordes convicti, atq₃ per concordans decretum Nobilis Regii Burggrafii, et Judicii Scabinalis condemnati sunt, nempe Nob: Poblocki ad poenam gladii, et Nobilis Wißecki ad carcerem per unum annum, quæ poena nunc mitigata est per dimissionem incarcerati.

Hinc oriuntur et agitantur inter Nobiles et Cives Urbium Prussiæ hæ Quæstiones 1) An poena homicidii, hoc casu possit esse poena gladii juxta Jus Culmense et Statuta Urbis Gedanensis. An è contra principalis occisor, vel ambo uti Nobiles, tantum juxta Constitut: Regni Poloniæ, ad carcerem per annum, et mulctam pecuniæ debuerint condemnari? Prius affirmant Cives, Posterius mem-

brum

membrum affectant Nobiles.

Quod voluntarius homicida (nam de necessaria defensione, aut improviso casu, aut culpa levi non est quæstio) morte puniendus sit indistincte, sive Nobilis sive Ignobilis, sit occisor vel occisus, id probatur. 1) Ex Jure Naturæ, quia Caino primo Homicidæ dictabat conscientia sive Jus naturæ Genes: IV. v. 14. quod iterum deberet occidi, ob Abelis necem. 2) ex Jure Divino Veteris et Novi testamenti nam Genes: IX v. 2. DEus sanxit legem indistincte toti generi humano (non soli Politiæ Judaicæ, ne quis eam poenam mortis, uti mere forensem, cum lege Ceremoniali per Christi adventum aut Reipubl: Judaicæ eversionem sublatam esse putet) his verbis. Quicunque profuderit sangvinem hominis (sc: occidendo) ejusdem sangvis iterum effundetur ab hominibus, quia homo ad imaginem DEi conditus est, (sc: indistincte) sive Nobilis sit sive plebejus. Clarius id exprimitur Exod: XXI. v. 2. Qui hominem percutit ut moriatur, is vicissim morte morietur. Et Levit: XXIV. v. 17. Qui aliquem hominem (indistincte) occidit, morte morietur. Clarissi-

me

vero atrocitas homicidii, exponitur et Dei, qui justus et misericors est enixa voluntas (ne quis ex misericordiæ prætextu rigorem temperet) in textu Numer: XXXV. v 30-33. his verbis: Ktokolwiek chciał zabic człowieka; za Swiadectwiem swiatkow, zabicie Mężobojce. Nie wezmiecie te wykupu za ziwot mezoboica ktory zasłużył smiercniech smiercią umrze, abyscie nie splugawyli ziemię wktorey będzecie, bo krew takowa splugawylla by ziemię, y ziemia nie może byc odsciściona od krwie, ktora jest wylana na niey, jedno krwią tego, ktory ją przelał. Ex hoc textu notant Theologi et Jurisconsulti, teste Covarruvia et Julio Claro, quod poena mortis non possit per statuta tolli a Christianis, quia et in Novo Testamento Christus jussit ut gladio pereat, qui gladium sumit Matth: XXVI. v 52 scil: ad necem. 3) hanc poenam mortis servant Gentes Christianæ Hispani, Germani, Galli, Itali, Britanni, Sveci, Dani, Mosci, imo Muhametani. 4) In specie Prussia super Jus Culmense fundata est a Crucigeris, et ita per Serenissimum: Regem Casimirum Aō: 1454. Salvis omnibus Juribus suis Poloniæ incorporata est. Sciebat sane Rex Inclytus, eo tempore

in Polonia poenam homicidii esse tantum pecuniariam, sed ex Iure Culmensi esse poenam gladii, attamen approbavit jura Prussiae antiqua, imo ANNO. 1467. per speciale Privileg: (quod extat in Iure Municip: Prussiae) a Rege Casimiro, abolitis aliis Iuribus, solum Ius Culmense in Regali Prussia pro lege sancitum est, communi consensu Statuum Polon: et Prussiae, ut servetur expresse in omnibus causis Nobilium et Civium. Atq certum est quod homicidii voluntarii poena, sit ultimi supplicii, non solum in veteri jure Culmensi lib:3 Cap:39. idq vetusta huc usq praxis docet. E'contra probari neqvit ab Ordine Eqvestri Poloniae aut Prussiae, quod unqvam publico Statuum Prussiae consensu vel Laudo, poena homicidii ex Iure Polonico (scilicet loco ultimi supplicii tantum Mulcta cum Carcere) in causis Nobilium aut Ignobilium, praesertim in urbibus, recepta sit pro lege, abolito in hoc passu Iure Culmensi. Imo recenseri possent exempla judicatorum ac decollatorum Nobilium Polonorum, Lithvan: et Prussorum in urbibus Prussiae, sub regimine

Ordinis Cruciferi et Regum Poloniæ propter homicidia Nobilium, Civium aut plane plebejorum, et ob alia delicta, nisi in honorem Generosarum Familiarum id velo silentii obtegere placeret. Hæc sunt fundamenta cur Magistratus Urbium Prussiæ a poena mortali homicidis voluntariis infligenda, utpote Iuri Divino et Culmensi privilegiato consentanea, hactenus non potuerint recedere. Nihil sane ex odio contra Nobiles decernitur durius, qvia selecti in Magistratum more Majorum sancte jurant qvod absqz favore et odio judicare velint æqvaliter juxta Iura. Imo potius Christiano pectore condolent omnibus in delicta lapsis, potissimum Nobilibus qvatenus aliorum odia incurrunt dictando poenas justas, qvas ex officio jurato, remittere neqveunt. Plures Exteri et Cives fugerent urbem et Nobiles, si ab iis Gedani possent sub levi mulcta occidi, aut bona mortuorum confiscari.

Rozumiesz dobrze W. Mśc. M. M. Pan, że wszytko co in contrarium Szlachta Pruska ad evadendam poenam gladii profert, extat tylko w statutach y Constitutiach Polskych.

Nam ex statut: Herburti patet, sub voce homicidii, że Krol Kasimirus M. Glor: mem: Ao: 1368 statutum Regni tale fecerit: Qvamvis occidens hominem, secundum Dei et legum sanctionem capitali poena esset plectendus, Nos tamen rigorem illum temperantes, statuimus, qvod pro Milite (seu Nobili) occiso 30 Marcæ solvi debeant cognatis &c. Niechcę repetere, qvatenus Andreas Fricius Modrevius in pio libro de emendanda Republ: Polona deploret et carpat istud Statutum contra Jus Divinum. To tylko powiem, że ex seqventibus statutis Regum apud Herburtum aperte patet, qvod ideo delicta homicidii sint aucta, y dla tego Sam Krol Jego Msc: Johannes Albertus ad 120 Marcas, cum sessione per annum et 6 septimanas in fundo turris. Postea ob crebriora homicidia Mulcta in certis casibus ad 240 marcas et amplius aucta est per Constit: Anno 1588. sed nunqvam satis deterrentur dolosi homicidæ, neq cessabit ira Dei, donec desinet venalis et venialis esse Sangvis humanus. Przyznawam ex arcano pectoris, że terrent conscientiam textus Juris Divini, y okrutność swawol-

swawolnikow ruinam Reipubl: et Ordin: Eqvestris minatur, jako jeden Bogo boyni Bis kup pisał: Jezeli Szlachta myśli, jako by Pan Bog nim dał przywiley, albo characterem impressit, jako Kaino primo homicidæ, ne ab aliis occideretur, mielliby też jako Kain expelli ex Paradiso Regni propter scandala, et fieri semper vagi et instabiles in mundo. Permisit DEus pro homicidiis involuntariis olim Asyla, sed dolosos ab Altari avelli et morte plecti jussit. Sic Illustres Duces, Abner, Joab necati sunt. Bodey by expietur Stan Szlachecky a piaculis, jako alibi locorum, ex Jure Divino.

Tak pisał vir iste pius. Ale ja nie śmię in materia plerisq ingrata, Crabrones irritare, boy Gdański Przyjaciel moy modeste præterit talia acerba et multis, (qvod mirum) Spiritualibus magnis exosa, qvamvis pia. To tylko urget, że Szlachta nie może, salvis juribus publicis, Urbes cogere, ut contra Jus Divinum, Culmense, atq Juramenta officii sui, ad majus periculum civium, homicidis Nobilibus remittant pœnam mortis, et recipiant, invitis Civibus, mulctam cum

Carcere ex Iure Polonico singulari, et diverso ab aliis Regnis. Quamvis enim pauci Nobiles Prussiæ in suis terris ita paulatim introducere attentent Ius Poloniæ, attamen absq Laudo totius Provinciæ spontaneo, per talia attentata non oritur Consvetudo legitima, quæ vincat legem vetustam, et rationem aut Ius Divinum, cui magis obediendum quam hominibus.

Mogliby się tez Miasta tueri contra vexas Nobilium per Decretum Regium Ao: 1593. quod refert Illustriss. Lipski. 1 Observ: 84 in fine ubi Magistratus Inowladislaviensis propter Iuvenem ob casuale homicidium gladio punitum liberabatur per juramentum, quod id fecerit, non animo injuriandi, sed optimo Zelo justitiæ. Nam credo quod Gedanenses in hoc casu Nobilium, ita quoq jurare possint; Imo Ego pro illis auderem pie jurare. Ale wiemże Magistratus judicantes dudum ad officia juraverint, yże Miasta in casibus similibus, juz maią pro se Decreta Comitialia et Regia propter Nobiles gladio punitos. In

In Holsatia Nobiles qui alios in duellis necaverant et per annum auffugerant, petebant a Rege Daniæ Christiano IV. remissionem poenæ gladii, sed Rex dicebat: Ego jussu DEi morte puniam homicidas, vultisne, ut Ego quasi homicida propterea per annum auffugiam, et postea per mulctam me liberem ex pravo more vestro.

2 Quæstio est: An et quatenus Nobiles in urbibus Prussiæ forum sortiantur et possint judicari? Nobiles nonnulli putant Indignam et intollerabilem novam esse affectationem, ut Cives utpote statu inferiores, præsumant judicare super Nobiles, et quidem juxta statuta municipalia sua. Sed respondetur a Civibus, quod Magistratus Urbium in Polon: Prussia et aliis Regnis, perinde uti Magistratus seu Iudices Nobilium obtineant et exerceant Iurisdictionem a suprema Majestate. Ideo in actu officii non possunt tanquam statu inferiores contemni sine insigni absurdo Politico. Imo infra demonstrabo, quod juxta Ius Polon: Civiles Magistratus oppidorum exiguorum possint cum Capitaneo judicare criminaliter Nobiles.

In Prussia constat ex antiquissimo Culmensi Privilegio, quod in Urbibus non tantum habitarint Plebeji, sed etiam plurimi Nobiles et Equestres Viri, qui et extra Urbes Equestria bona sive Feuda a Crucigeris possidebant, aut emebant in hæreditatem Flamingicalem, nam expresse ibi vocantur Cives et feudales Civitatum. Et ideo adhuc in urbibus Prussiæ Nobiles familiæ sunt et non perdunt Nobilitatis Jus, per hoc quod fiant Cives et gerant Magistratum, uti quidem in Polonia fit per Constitut: Poloniæ. Nam in Constit: Prussiæ de Aº: 1538 clare dicitur, quod Civibus bona terrestria et Nobilibus bona Civilia emere sit liberum, dummodo respectu bonorum paria onera ferant; Ita quoq; sonant Constitut: Livoniæ a Rege Stephano factæ. Ex quo sequitur quod Nobiles in Urbe habitantes idem forum habeat, quod alii Cives. De aliis Nobilibus non habitantibus in Urbe sive sint Poloni, Prussi aut Extranei loquitur in d: Constit: Pruss: s. Et cum aliquis, et s. Et ub sub quod delinquens

in loco delicti deprehensus, et contrahens de contractu recenti possit conveniri prout pax perpetua disponit: Itaq declarandus est textus, ex Pace perpetua, scil: ea, quae olim inter Regem Poloniae Vladislaum, et Paulum Rusdorff Magistrum Crucigerorum ANNO. 1436. facta, et iterum Anno 1466 a Rege Casimiro III. et Magistro Crucigerorum renovata est. Nam extant ibi et explicantur uberius verba ista, quod Nobiles in Urbibus possint conveniri, si ibi fecerint contractum, vel si in contractu alibi facto, promiserint solvere in urbe certa, idq praxis adhuc servat. In delictis vero pax perpetua disponit, quod Nobiles aut Ignobiles fures et malefactores qualescunq homicidae etc: non solum in loco delicti deprensi, sed etiam ex fuga retracta (nam libera ibi erat persecutio per Prussiam et Regn: Poloniae) possint judicari juxta Jura Municipalia loci. Ex his patet, quod Nobiles Poloni et Prussi ob tristia crimina caedis, poenam mortis ex Jure Prussiae sive Culmensi, sedari teneantur subire, et nullatenus in Prussia

Urbibus se possint eximere a foro et poena. Nam invitis Statibus Prussiæ nemo potest, salvis antiquis Privilegiis jura Polonica diversa obtrudere. Ut tamen superabundantius satisfiat nonnullis Nobilibus, demonstrabo nunc, quod circa processum Urbium Prussiæ majorum, in delictis homicidii et Violentiarum &c: nulla tenus aggraventur Nobiles, sed similis (imo melior) modus judicandi servetur, qualis in Polonia viget, juxta Statutum, quod dicitur Thorunense, quod ANNO 1520 in Comitiis regni pro usu Poloniæ factum, propter rupta tunc Comitia non plane sancitum, sed teste Herburto in titulo Violentia: postea in Comitiis Ao: 1527. Cracoviæ et Ao: 1538 Petricoviæ pro Polonia confirmatum est (sed NB a Statibus Prussiæ pro lege per omnia nunquam est receptum, sicuti adversæ protestiones testantur). Nam sicut in Poloniæ urbibus Capitaneus cum Magistratu Urbis aut oppidi concordare debet super poena violentiæ, aut necis per Nobiles perpetratæ; ita Prussiæ Urbibus Majoribus, præsertim Gedani, Burggravius

Regius, (qui in Privilegiis dicitur Capitaneus) debet concordare cum Judicibus Criminalibus urbis ad sententiam ultimi supplicii contra Nobiles aut alios, is enim cardo est Statuti Thorun: neq unquam absq consensu Burggrafii Regii Judicium scabinale Gedanense Nobilem punivit poena mortis. 2) Carcer quoq Urbis est idem cum carcere Burggrafii, qui judicat alias violentias, mitior tamen, quam castrensis turris sub terra. 3) Permittit quoq Statutum Thorun: capere et incarcere Nobiles qui cædes et alias violentias commiserunt in Urbibus aut oppidis Regiis aut Spiritualibus aut Secularibus bonis.

Ex quibus omnibus apparet, quod nulla sit Nobilibus præjudiciosa differentia, inter modum judicandi delicta Nobilium sive fiat juxta Statutum Thorunense per totam Poloniam usitatum, sive juxta morem civitatis Gedanensis, ubi Burggrafius Regius, respectu ortus, plerumq; et respectu officii semper censetur Nobilis

Imo et ipsi Judices Criminum magis juris periti et or-
tu clari existunt Gedani, quam Magistratus oppidorum
Poloniæ, quos Statut: Thorun: expresse admittit ad judican-
dum super Nobiles, cum Capitaneo.
Ita sonat Statutum Thorunense juxta Herburtum. Quia
Nobilium & Civitatum regni nostri damnosa fuit
exorta differentia super his Nobilibus, qui in recenti
crimine pro violentia in civitatibus aut oppidis capie-
bantur. Proinde Nos tam gravi negotio ad præsens, ad præ-
sens, propter Prussiæ bellicam occupationem, pro perpe-
tua ordinatione non valentes, nihilominus providentes
securitati subditorum nostrorum de unanimi Consilio
Consiliariorum nostrorum omnium, & Nunciorum terre-
strium Regni, statuimus et ordinamus. Quod cum ali-
quis Nobilis in Civitate vel oppido nostro, aut aliquo-
rum Spiritualium et Secularium subditorum Regni
nostri pro crimine violentiæ per officium Civile captus
fuerit, ex tunc talis Nobilis detineri debet in Prætorio

civitatis et oppidi istius, ubi capietur. Quo facto offi=
cium Civitatis et oppidi istius, ubi talis violator cap=
tus fuerit, nullum penitus judicium faciet, neq aliquam
poenam exiget de eodem Nobili, nisi prius ad eorum
requisitionem Capitaneus vel Vice Capitaneus castren=
sis, istius Juris dictionis nostræ regalis, sub qua Civi=
tas talis vel oppidum situm fuerit eidem judicio Civili,
quod ministrari et fieri debet pro violentia contra dic=
tum Nobilem. Et ubi Capitaneus vel Vice Capita=
neus noster ad unam sententiam cum Officio Civili, ubi
talis Nobilis detentus fuerit, concordati fuerint, ex
tunc præfatus Nobilis juxta hujusmodi sententiam Ca=
pitanei nostri aut Vice Capitanei, et Officii Civilis
condemnari et puniri debet., Si vero talis Capitaneus
noster, vel ejus Vice Capitaneus non poterit se concor=
dare super sententiam cum Officio Civili, contra talem
Nobilem, ex tunc ipse captivus interea temporis in

in decenti captivitate Civili detineri debet, tamdiu donec a Majestate nostra Informationem Capitaneus noster, et illa Civitas vel oppidum habuerit, quomodo talis Nobilis sententiari et puniri deberet, praescriptione tanta temporis non obstante, qua se praedictus captivus tueri non debebit etc. Idem repetitum extat in Comitiis Petricov: Anno 1538. Sed hoc est innovatum, quod eo casu ubi Capitaneus putat Reum non poenam promeruisse, licet Iudicium Civile dissentiat, tunc Nobilis in Custodiam officii Castrensis tradi debet, usq; ad cognitionem nostram (Reg: Majest:). Si nos decreverimus aliquem est injuste detentum esse, Cives poenam detento 60 Marcarum persolvent. His consonant fere quae extant in Iure Culmensi reviso lib: 5. cap: 7. Z tey krotkiey Relatiey, Confidenta mego, Mente bona pisaniey możesz W. Msć: M. M. Pan y Brat rozsądzic, iezeli Szlachta tak noxia y tantis clamoribus et ausis digna gravamina, contra Urbem Gedanensem ma albo

nie ma ex eo facto homicidii et Poena secuta. Affectando impunitatem criminum, scortandi, occidendi etc. ordo Crucigerorum (teste Privil: Incorporat: Prussiæ) perdidit vitam et omnia bona, uti olim ob flagitia et avaritiam, sacer ordo Templariorum uno quasi ictu, in tot Regnis est extinctus. Sic excisus est propter insolentiam Ordo Nobilium in Helvetia, imo, proh dolor, nuperis annis, ob paucorum excessus impunitos, plurimi Nobiles innocentes crudeli tumultu Cosacorum sunt peremti; Taceo Walachiam, Moldaviam et partem Hungariæ. Mogłbym y ex aliis Regni Poloniæ juribus przestrzegac Szlachtę że wolno urzędom Mieyskym, swawolnikow (indistincte Nobiles et Ignobiles) wszędzie captivare. Ale nie będę Instigatorem. Napominam tylko zebyszmy Szlachta, per minas importunas, (jako Crucigeri crudeles) de tollendis Privilegiis Urbium, opprimendis et necandis civibus, mutandis Juribus, et effugiendis poenis criminum,

nie straczili concordem statum et communes libertates Oyczyzniey in hac perplexitate, kiedy straszne Nowiny volitant, jako vicini ---. Ale finio cum voto publicæ et quietæ tranquillitatis.

Msc. Dresd.
G 211.

SLUB
Wir führen Wissen.

SLUB
Wir führen Wissen.

SLUB
Wir führen Wissen.

SLUB
Wir führen Wissen.